



Universitätsbibliothek Paderborn

Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Leonardelli, Bonaventura

Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739

Q. 4. An, & quid Pilatus ratione neglecti sui Officii Reipublicæ restituere
teneatur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41144

*pro ferenda sententia in favorem unius
pra alio.*

Nec urget paritas, seu exemplum de beneficio Ecclesiastico; nam ad beneficium Ecclesiasticum nullus habet jus etiam justitiæ distributiæ, quousque eligatur, sed potius hæc justitiæ exigit, ut unum tantum ex concurrentibus conferatur, & beneficium nec quidem secundum æstimationem dividi potest; in causa verò colligantium utraque pars ante sententiam Judicis jus habet justitiæ ad rem illam, nec Judex aliud facit, quàm declarare, cui tale jus competat, & cum utriusque æquè jus competat, pro utraque parte erit declarandum & res dividenda.

146 Ad 4. Q. R. Pilatum ita negligenter Officium suum obeundo non solum peccare, & ad restitutionem omnium damnorum teneri, quorum suam negligentiam, imperitiã, aut malitiã causa extitit, sed etiam obligari ad restitutionem salarii Reipublicæ faciendam saltem pro rata, & ratione neglecti Officii, & omissionis debitiæ negligentiae; quia qui non facit, quod

vi Officii sui facere tenetur, peccat contra justitiã, & ad restitutionem tenetur; Judex enim à Reipubl. constituitur, ut officio suo, ob quod salarium accipit, ritè, & diligenter fungatur, & non solum, ut diligenter bonum publicum procuret, sed etiam caveat, ne Reipublica damnum patiat, ex sua culpa, & negligentia oriturum.

Huc facit etiam tum statutum Gregor. IX. in C. si culpa sin. de injur. & damno dato, tit. 56. ubi: si culpa tua, inquit, damnum est datum, vel injuria irrogata, aut hæc imperitiã tuã, sive negligentia, evenerunt, jure super his satisfacere te oportet, nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo injuriam verisimiliter posse contingere vel jacturam. Tum Catechismus Trident. p. 3. de 7. præcept. n. 17. ubi ita de talibus loquitur: Illi quoque in furum numerum reponendi sunt, qui ad privatum aliquod, vel publicum officium conducti sunt, nullam, vel parvam operam navantes munus negligunt, mercede tantum, & pretio fruuntur,



CASUS